

Consummatum. 3. Regnum illud consummatum atque perfectum, cum Deus erit omnia in omnibus, in resurrectione mortuorum; quod expectant animæ beatæ. 4. *Tuum*, inquam, non mundi regnum, quod caducis bonis constat; multòque minùs peccati regnum, quod cupio funditùs eversum.

Petitio 3. *Fiat voluntas tua, sicut in Cælo, et in terrâ.*

Voluntas Dei. 1. Voluntas Dei continetur illius præceptis, et consiliis, ac inspirationibus, necnon jussis eorum, qui Dei nomine præsent. Ad hæc exequenda sufficit quòd voluntas Dei est, et quòd *vita mea in voluntate ejus est*, ut si eam faciam, vivam; alioqui periturus. 2. *Tua*, non mea, quæ perversa est: nec carnis, quæ contraria spiritui; nec mundi, quæ vana; nec diaboli, quæ iniqua: sed *tua*, quæ est regula rectitudinis, et quam ut faceret Christus, venit. 3. Modus faciendi: *Sicut in Cælo* ab angelis, ita integrè, promptè, velociter, fortiter, amanter, exultanter. Undè opportunè præmisit: *Adveniat regnum tuum*; ut, quando illuc adspiramus, ita nunc agamus, uti agunt qui in Cælo sunt. 4. Potest sic etiam intelligi, ut terreni et carnales homines sic voluntatem Dei faciant, uti coelestes et spirituales faciunt. *Doce me, Domine, facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

Ps. 143.
10.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Petitio 4.

Quis est panis iste? 1. Panis supersubstantialis Eucharistiæ, qui spiritum nutrit et roborat, ut digni reddamur illo assiduè frui. 2. Alia gratiæ auxilia, sine quibus vita spiritualis non producitur: in quibus est, ut faciamus Dei voluntatem, quam Christus dicebat suum esse cibum. 3. Panis corporalis, vitæque sustentatio; pro quâ non vult nimis esse anxios, sed à Deo etiam expectare. 1. Per hæc instrui-mur, quòd tanquam infantes egeamus curâ Dei, et tanquam Filii ad eum confugere debeamus. 2. *Nost- rum*. Etsi enim est supersubstantialis, et à Deo; *noster* tamen, quia nostræ indigentiae necessarius, et nobis à Christo comparatus, et promissus. Quia verò Deus etiam angelis et beatis panis est, petimus eum pro modo, et statu nostro, sicut et corporalem. 3. *Quotidianum*. Si de spiritali accipiatur; non il- lum, qui est paucorum singulariter dilectorum, quia indignum me reputo; sed communem quasi portio- nem, et necessariam, sine quâ non vivitur. Ita etiam, si de corporali; non abundans peti debet, et ad geniùm, sed ad necessitatem. 4. *Da nobis*. Pro omnibus tanquam fratribus petendum, etiam si alio- qui odientibus: *Orate pro persequentibus et calumni- antibus vos*; et: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum*. 5. *Hodie*: Quia vult nos quotidie petere, semperque ab ejus pendere providentiâ. Avocat etiam à superflua curâ de crastino, ad exemplum dati olim mannae in

Matt. 5.
44.

Prov. 25.

21.

Quotidiè
peto.

Exod. 16. singulos dies. *Hodiè* etiam pro vitâ præsentî accipi-
 4. tur : *Donec hodiè cognominatur* , ut ait Paulus ; quod
Heb. 3:13. est præsens tempus.

Petitio 5. *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
 debitoribus nostris.*

Debita Peccata. 1. Debita sunt peccata , tum mortalia , tum venia-
 Etiam venialia. lia , et quæ eis debentur pœnæ per media à Deo ins-
 tituta , et nostram cooperationem. 2. Quamvis aliquis
 sit filius , et regnum Dei in se habeat , faciatque
 illius voluntatem , adhuc eget dimissione ob venialia
 Injurias remittere. peccata quotidiana. 3. Vicissim proximis debemus
 dimittere debita offensionum et injuriarum : et quò
 id perfectius fiet , benefaciendo etiam inimicis , eò
 liberalius nobis à Deo dimittentur debita nostra. Et
Ephes. 4. vult statim dimitti : *Sol non occidat super iracundiam
 26. vestram.* Et hanc ponit quasi necessariam conditio-
 nem , ut nobis dimittatur. Quare contra se profert
 sententiam , qui non dimittit debitoribus suis.

Petitio 6. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Ne vinea- 1. Non petitur ut non tentemur , quia id sæpè ex-
 ris, pete. pedit , et à Deo sapienter permittitur ; sed , ne ten-
 tationi succumbamus ; aut etiam tentari sinamur ,
 quando prævidet nos succubituros.

Petitio 7. *Sed libera nos à malo.*

Ab omni malo omninò : sicut subjungit Ecclesia
 in missâ : *Libera nos quæsumus, Domine, ab omnibus*

malis, præteritis, præsentibus, et futuris : nempe æter-
 nis , et temporalibus ; animæ et corporis hujus , prout
 expedit nobis. Præterita autem mala , sunt peccata
 quorum adhuc rei sumus , vel ratione pœnæ , vel
 etiam culpæ. Deindè à malo , hoc est , à maligno
 dæmone ; ne supra nos potestatem habeat , aut ejus
 efficiamur servi peccando. Licebit hic , more Ecclesiæ
 in litanis , recensere varia genera malorum , à qui-
 bus liberari flagitemus.

Amen.

Fiat, fiat! magno desiderio pronuntiabitur ; nam
desiderium pauperum exaudivit Dominus : Magnâ etiam
 fiducia , ut qui ea petamus , quæ petenda præscrip-
 sit ; sicut ait Joannes : *Hæc est fiducia, quam habe-*
 1. *mus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum vo-*
 14. *luntatem ejus, audi nos, etc... scimus quoniam habemus
 petitiones, quas postulamus ab eo.* De providentiâ Dei
 ad subveniendum nobis , agitur in sextâ parte Me-
 ditationum.

NOTA.

Quòd quatuor petitiones faciunt ad obtinendum
 bonum ; tres autem , ad avertendum malum. Ex
 primis concernunt divinam gloriam tres : *Sanctifice-*
 1. *tur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas*
 tua : quarta autem concernit nostram utilitatem ; seu
 per eam petimus nobis bonum necessarium , tam
 spirituale quàm corporale. Etsi tria etiam priora no-

Quatuor
 bona pre-
 limis ora-
 tione Do-
 minicâ.

Tria ma-
le depre-
camur.

bis prosunt, quia nostrum est bonum facere ejus voluntatem, et sanctificare ejus nomen, et regnum advenire: sed in iis, ex objecto et per se quaritur glorificatio Dei. Tres posteriores ad avertendum malum pertinent: *Dimitte nobis debita nostra*; ad remissionem peccatorum jam admissorum: *Ne nos inducas*; ad futura peccata præcavenda, et pericula eorum declinanda: *Libera nos à malo*; ab omni genere malorum quod obvenire potest, quatenus tamen expediat nobis. Nam tribulari sæpè expedit, et persecutiones pati, et ægri tudines.

MEDITATIO XV.

Missio Discipulorum ad prædicandum per Judæam.

PUNCTUM I.

NECESSITAS mittendi: ait enim: *Messis quidem multa; operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Messis multa electorum expectantium prædicationem Evangelii; operarii pauci, nam plerique refugunt laborem, aut in eo non lacrum animarum, sed proprium quærunt. Pauci se disponunt, ut idonei fiant; sed resistunt mittere volenti. Dominus messis est Christus. Hic rogandus, quia nemo sponte suâ potest mittere manum in alienam messem. Vult rogari, quia

ad executionem providentiæ, et decretorum Dei, medium est aptissimum oratio: et, ut insinuet non suâ interesse, cum inde nihil referat, sed hominum ipsorum rem agi. Nihilominus, necdum rogatus, statim misit, pro caritate, desiderioque hominum salutis.

PUNCTUM II.

Binos mittit, ad commendandam mutuum caritatem: et quia frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma; et: *Si unus ceciderit, ab altero fulciatur: Væ soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem se*; et: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Nec solum causâ auxilii, sed ut mutuo sibi testes sint impensæ operæ. Deinde impertit potestatem miraculorum: *Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, Demones ejicite.* Nempè, ut prædicationi ipsorum conciliaret auctoritatem, cum essent alioqui idiotæ et simplices. Subjicit: *Gratis accepistis, gratis date.* In primo commendat humilitatem, ne sibi adscribant. Quare redeuntes cum gaudio, quod sibi dæmonia subjiciantur, repressit exemplo Luciferi, dicens: *Videbam Satanam sicut fulgur de Cælo cudentem.* In secundo commendat liberalitatem benefacendi, nullâ expectatâ compensatione, quò majorem à Deo referant. Nam reprehenduntur qui aliter agunt: *Quis est in vobis, qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito?*

Cur binos.

Prov. 18.

19.

Eccl. 4.

10.

Matt. 18.

20.

Potentiam dat sum.

Matt. 10.

8.

Mandat humilitatem.

Luc. 10.

18.

Malac. 1.

10.

PUNCTUM III.

Matt. 10. 16. Instituit Dominus discipulos ad missionem : *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Ubi sex virtutes commendator.* *Mansuetudo.* *Patientia.* *Caritas.* *Fiducia.* Instituit Dominus discipulos ad missionem : *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Ubi sex virtutes commendator.* *Mansuetudo.* *Patientia.* *Caritas.* *Fiducia.* *Ioa. 11. 6.* Hoc enim est tempus, de quo prædictum : *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit,* etc. Item commendat *prudentiam* serpentum, ut caput à vulnere abscondant, quando nequeunt corpus ; cætera perdant, dum animam servent ; et obturent aures ad voces incantantium, malèque suadentium. Atque ut serpens observavit tempus locumque aptum ad seducendam Evam ; ita ipsi ad Evangelium insinuandum. Postremò *simplicitatem* columbinam, ne prudentia sit vulpina et fraudulenta, sed absque felle, sincera : *Oculi tui columbarum* ; quales *Luc. 3. 22.* Christi, in quem *descendit Spiritus sanctus sicut columba.* Det ille mihi, ut nõrîm prudentiam cum simplicitate conjungere !

PUNCTUM IV.

Vitæ rationem modumque præscribit. 1. Velat *Superflua reject.* *Matt. 10. 9.* *perflua*, ut sunt pretiosa : *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Et in communibus velat non necessaria : Non peram in viâ,* *Luc. 10. 7.* *neque duas tunicas, si sufficit altera ; neque calceamenta mutatoria, neque virgam.* Quamvis minima, quibus carere valeas, jubet abjicere. Quin in planè necessariis vult eos Deo fidere : *Dignus est enim operarius cibo suo.* Suppeditabit eis, qui mittit. Undè in cænâ ultimâ dicebat : *Quando misi vos sine sacco et perâ, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis ? Nihil.* Planè omni sollicitudine temporali liberos esse vult, qui evangelizant ; et, si benè officio fungantur, in eo satis subsidii eos habere ad vitæ necessaria : quæ jure suo expectare à mittente Deo possunt, ac debent ; qui excitabit homines, ut ipsis subveniant, etiam abundanter. Voluit Christus exercere suos in quâdam perfectâ fiduciâ divinæ erga se providentiæ. Non tamen ista præcepit in posterum rigide observanda ; sed voluit solum, ut ad eam formam, quoad fieri posset, apostolici viri admitterentur. Amplius prohibet : *Neminem in viâ salutaveritis ; videlicet, ne à suscepto negotio se retardari sinant per officiosas salutationes, et non necessaria officia. Alioqui vult salutari ab Evangelizante hospites suos, et pacem eis impertiri : In quamcunque domum intraveritis, dicite : Pax huic domui. Quòd si ibi*

fuert filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Significat prædicationem fore efficacem in filiis pacis; qui præordinati sunt ad vitam æternam. Quòd si tales non fuerint, nihilominus ipsos operæ suæ fructum relatuos.

PUNCTUM V.

Luc. 10. 9. Quid annuntiare debeant. *Dicite illis, appropin-*
quavit in vos regnum Dei. Duo efficacia motiva: et
Prædicant regnum Cælorum. promissio regni Dei, et spes propinqua, præsentem
Marc. 6. jam Salvatore. *Et exeuntes prædicabant, ut penitentiam agerent,* quâ ad regnum pervenirent. Nam regnum
Matt. 11. 12. Cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.

MEDITATIO XVI.

Martyrium Joannis Baptistæ.

PUNCTUM I.

Marc. 6. 20. JOANNIS fortitudo, et constantia animi, qui cum
Non timet Herodem. magni fieret ab Herode, qui metuebat Joannem,
sciens eum virum justum et sanctum; et audito eo,
multa faciebat; cumque Herodiadis impotentiam animi
 et crudelitatem non ignoraret, neque ob gratiam, neque ob metum, destitit à reprehensione, dicens
 * 18. Herodi: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

PUNCTUM II.

* 17. Herodes tenuit Joannem, et vinxit eum in carcere.
Re. tabat persequi. Hactenùs in honore fuerat Joannes: debuit per-

secutionibus tanquam aurum probari. Nec abnuvit, ^{tio Joanni.} aut captavit latebras, aut fugam; sed promptum se obtulit, carceremque in domum orationis vertit. Nec destitit à prædicatione: indè enim misit discipulos ad Christum. Cupiebat autem dissolvi, et Patribus etiam limbi Christum annuntiare, ex officio præcursoris.

PUNCTUM III.

Vitia conspirabant in sanctum. Ingluvies convivi, luxuria Herodis, levitas puellæ saltantis, jactantia promissi, ficta religio juramenti, illum neci destinant. Et hùc præcipitatus est Herodes, quòd audire Joannem desiit, qui interpretatur gratia. Sic, cum ocludimus aures divinis inspirationibus, quotidianè in pejus ruimus.

PUNCTUM IV.

Obtruncatur Joannes. Excepit gaudio sententiam mortis, præbuit jugulum, orans pro persecutoribus suis. Deducitur ejus anima in sinum Abrahæ ab angelis; et qui nativitate suâ multos lætificaverat, migrans è corpore replet lætitiâ sanctos qui Salvatorem expectabant. Cujus sancti gloria æstimari potest ex vitâ sanctissimâ, quòdque tribus laureolis, ^{Gloria ejus. Tres corollæ.} virginis, doctoris, martyris, insigniter decoratus sit.

MEDITATIO XVII.

Miraculum quinque panum. Matt. 14.

PUNCTUM I.

Turba pietas. Joan. 6. 2. 1. MULTA turba sequebatur Christum, partim admiratione doctrinæ, partim, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur, ut ait Joannes. Hi sunt funiculi Adæ, funiculi caritatis, de quibus Oseas; beneficia tum corporalia, tum spiritualia. Oseæ. 11. 4. 2. Apostoli misericordiâ moti petierunt à Christo, ut turbas dimitteret, quò sibi escas emerent in proximis castellis. At Dominus monet, ut ipsi potius eis subveniant: ita docens prælatorum misericordiam debere dilatari; et quando deest facultas, recurrendum ad Deum. 3. Alibi Christi hæc misericordia magis exprimitur. *Misereor*, inquit, *super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: et si dimisero eos jejunos, deficient in viâ: quidam enim ex iis de longè venerunt.* Quàm exactè expendit necessitatem nostram, et rationes subveniendi examinat, ac pericula prævidet, sic ferè, ut qui debeat subvenire! At quid magni, Domine, si triduo te sustineam, qui tuam vitam omnem in meâ utilitate ponis? Et quidni de longè veniam ad te, quando tu de Cælis propter me? Age, ne me jejunum dimittas, ne deficiam in viâ donec perveniam planè ad te. 4. Præ se fert Christus sollicitu-

Misericordia apostolorum parva.

Christi magna. Marc. 8. 2.

Sollicitus Christus.

dinem suam, quando rogat Philippum: *Undè emerent panes, ut manducent hi?* Negat ille sufficere vel ducentos denarios, *ut unusquisque modicum quid accipiat.* At pecuniâ tibi opus non est, Domine.

PUNCTUM II.

Christus petit à discipulis id quod habebant: et obtulerunt ei quinque panes hordeaceos, et duos pisces. Hæc erat tota annonæ cibaria: panes omninò viles et insipidi, et quinque tantum, cum duobus piscibus, cum essent ipsi piscatores: tam aberat ab eâ sanctâ familiâ superfluitas. Ex quo ipse confundar, amator commoditatum. Promptè exhibitum apostoli, non causati indigentiam propriam. Sic agam, quia rependet copiosè Dominus. Poterat aliter Christus providere: sed voluit probare caritatem discipulorum, et facere participes boni operis, simulque docere, quando non valeamus ex toto subvenire, conferendum à nobis quod possumus, tam in corporalibus necessitatibus, quàm spiritualibus; sicut monuit Tobias: *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Matt. 14. 17. Paupertas Christi et discipulorum.

Promptè Eleemosyna.

Tob. 4. 8.

PUNCTUM III.

Series miraculi. 1. Jussit discumbere centenos et quinquagenos supra viride fenum; ad vitandam confusionem, et ut numerus facilius constaret, qui fuit quinque millium, præter mulieres et pueros; et omnibus manifestius fieret miraculum. 2. Aspexit in Cælum, sic profitens à Deo esse omne donum,

Jubet discumbere.

Cælum aspexit. Joan. 6. 11.

et illam ipsam patranda miraculi potestatem. 3. *Gratias* agit pro illis ipsis quinque panibus propositis, et pro multiplicandis ex eis. Nihil tam exiguum, quod non magnificandum, et pro quo non debeantur grates; quia venit à Domino ad immeritos.

4. *Benedixit* certis verbis, et benedicendo vim impertit multiplicandi. Tum *fregit et dedit discipulis panes*: discipuli autem turbis. Docemur modum sumendi cibum: 1. Ordinatè dispositis convivis, inter quos mihi eligam novissimum locum. 2. Ut levent oculos mentis in cælum, coram Deo inspectore *Ps. 67. 4.* edentes sine excessu; sicut ait ille: *Iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei.* 3. Ut gratias agant, recognoscentes cibum appositum pro eleemosynâ Dei, tam pauperes, quàm divites; ac cùm talis sit, non obmurmurando de quovis defectu. 4. Ut præcedat benedictio per aliquam precationem; quæ et sumpcionem comitetur, quò cibum fiat sapidior. Nam *1 Tim. 4. 5.* sanctificatur cibum per verbum Dei et orationem, teste apostolo. Exprimatur etiam ratio sumendi Eucharistiam: de quâ, Parte quartâ, Meditatione XIV.

PUNCTUM IV.

Expenditur miraculum. Multiplicantur panes in manibus Christi, apostolorum, et comedentium: atque ex insipidis fiunt sapidi, uti ex manu Dei venientes, cujus perfecta sunt opera. 1. Considera omnipotentiam. Et quis non velit tam potenti Domino servire? qui potest *parare mensam in deserto*, et educere

Miraculum quinque Panum. 515

cere aquam de petrâ, oleumque de sacco durissimo: qui *Ps. 77. 164* transfert austrum de cælo, et pluit sicut arenam maris *etc.* *volatilia pennata: Ut scirent filii tui, quos dilexisti, Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus.* 2. Considera providentiam: quando ita opus est; ut meritò dixerit: *Nolite esse solliciti quid manducabimus, aut quid bibemus? scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.* Undè dicebat David: *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* 3. Modum providentiæ: ut cùm diversæ ætatis, et complexionis essent, quod dabatur singulis, sufficeret pro cujusque necessitate; sicut de mannâ, sive plus, sive minus quis colligeret: etsi hic multum superfuit de panibus, ad Dei magnificentiam declarandam. 4. Id in Eucharistiâ est illustrius, quæ nunquam consumitur, et, quamvis hostiâ in mille partes divisâ, non plus habet tota, quàm partes singulæ: satiatur quis ex parte quam sumit.

PUNCTUM V.

Superfuere duodecim cophini fragmentorum: quot erant apostoli, qui colligebant. En quantum eis reddidit, et quantum melius, pro quinque insulsi panibus. Ita Viduæ illi de farinâ et oleo factum à Deo, quòd pavisset Eliam: ita eleemosynam in pauperes remunerat. *Fæneratur Domino, qui miseretur pauperis.* Et qui in hac vitâ sic compensat, quomodo

Luc. 6.38 in futurâ? *Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Sed quæ
 Turbæ admiratio turbæ, quæ lætitia? Regem destinabant
 sibi: ideo fugit in montem solus, ad exemplum con-
 Joann. 18. temptûs; et quia *regnum ejus non est de hoc mundo.*
 36.

MEDITATIO XVIII.

Sedata Tempestas. Marc. 4. Matt. 8.
 Luc. 8.

PUNCTUM I.

Marc. 4. 35 38. *POST concionem prolixam, cum serò esset factum, ascendit in naviculam cum discipulis suis; et erat ipse in puppi supra cervical, dormiens.* 1. Captat somnum, quo ostendit se humanis subjectum; sed modicum: et cor ejus vigilabat, videbatque omnia quæ fiebant. Imitabor; et bonis phantasmatibus per somnum præbebo occasionem. 2. Dormit, dum *procella magna fluctus mitteret, ita ut impleretur navis.* Sinit nos tentari, et dissimulat, non ideo deserit. 3. Sic proficitur in humilitate, purgantur vitia, fiducia excitatur, et orationi insistitur, occasione tribulationum.

Fingit Christus somnum.

PUNCTUM II.

Matt. 8. 23. *Discipuli suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus; et: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* Singulare remedium, ad Deum recurrere

per orationem. Utraque formula et brevis, et effi-
 cax; et posterior, cum quâdam filiali querimoniâ,
 quasi dicant: *Tuus sum ego, salvum me fac; et: Exurge, quare obdormis, Domine? oblivisceris inopia nostræ, et tribulationis nostræ?* Corripuit tunc illos
 Dominus: *Quid timidi estis? necdum habetis fidem?*
 Etsi enim est quod timeatis ex vobis; at oportebat
 in me confidere.

PUNCTUM III.

Imperavit ventis et mari. Et comminatus est vento, et dixit mari: Tace, obmutesce; et cessavit ventus, et facta est tranquillitas magna. Insensibilia agnoscunt imperium Creatoris, et parent: et ego resisto? Non solum tacere jubet, quasi ad tempus; sed planè sedari, semotâ causâ. O sic animæ meæ tumultus compescat! Est enim *quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus.* Et: *Homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?*

MEDITATIO XIX.

Christus ambulat supra mare.

PUNCTUM I.

COMPULIT discipulos ascendere in naviculam., et dimissâ turbâ, ascendit in montem solus orare.
 1. Nota, quàm studiosus orationis; captato loco, Orationis studium.

et tempore apto, et productâ prece usque ad quartam vigiliam noctis. 2. Quodd' ægrè à Christo sejungebantur apostoli, ut oportuerit eos cogere, sicut ait Marcus. Obdierunt tamen. 3. Aliàs, Christo dormiente; nunc, eo absente, oritur tempestas: ad probationem fidei, subtractâ sensibili gratiâ.

PUNCTUM II.

Matt. 14. *Navicula jactabatur fluctibus: Et vidit eos laborantes in remigando.* 1. Non oportet seipsum deserere, sed conari, insistendo orationi et pœnitentiæ, contra tentationes. 2. Vidit id Deus: quodd' solatio esse debet tribulatis: *Nam advocatum habemus apud Patrem.* 3. *Circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare:* ut sic ostenderet se potestatem habere supra aquas, superque tempestates mundi hujus. Quodd' si aliquando infigatur ipse in *limo profundi*, scito id per dispensationem fieri pro nostrâ salute: undè victor evadens, placuit *Deo super vitulum novellum, cornua producentem et unguis.* Deindè significavit virtutes orationis, à quâ homo possit undas calcare tentationum: nam veniebat ab oratione. 4. Viso illo, *putaverunt phantasma esse, et exclamaverunt... et conturbati sunt.* Sic, qui periculo tempestatis non fuerunt terrii, vanâ specie consternantur: et fit ut, ad majores difficultates intrepidî, vincantur fucatis.

Marc. 6. 45.
Matt. 4. 38.
Discipuli non desperant.
1 Joan. 2. 1.
Christi caritas.
Marc. 6. 48.
Omnipotentia.
Ps. 68. 2.
16. v. 32.
Discipulorum timor.
Marc. 6. 49.

PUNCTUM III.

Delusio varia. 1. Sic quidam somnia sua putant revelationes, et passiones suas esse virtutes: puta impetum iræ esse zelum, carnalemque amorem esse spiritualem. Tales ferè sunt superbi, proprio fidentes judicio; quibus *Satanas transfiguratur se in angelum lucis*, ut internos motus à malo spiritu profectos pro divinis habeant. Alii à propriâ imaginatione, cum debilitate capitis, seducti, persuadent sibi vidisse se Christum, aut audisse aliquid ab illo. Denique ipsi etiam spirituales viri, assueti divinis, solent interdum cogitationes proprias pro divinis habere: ut cum Nathan propheta ex proprio spiritu approbavit, ut David templum Domino ædificaret, quod Deo ratum non fuit; etsi Nathan, non ut vates probavit. 2. Alii contrâ, pro phantasmate habent, quodd' verè est Christus: solidam virtutem pro passione, veram inspirationem pro instinctu proprio. Et contingit id etiam provectoribus in spiritu, sicut nunc apostolis. Et est gravis tentatio, quando Christus pro phantasmate est. Sic aliqui inexperti eludunt revelationes quaslibet, quasi Deus non se modò etiam communicaret. Utrumque extremum est vitandum, tenendumque medium; juxta Joannis consilium: *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Quodd' facit donum discretionis spirituum, quod Deus præsertim com-

Proprio judicio decipiuntur multi.
2 Cor. 11. 14.
Aliquibus Christus pro phantasmate.
1 Joan. 4. 1.

municat præsulibus : ad quos proindè recurrendum est.

PUNCTUM IV.

Marc. 6. 50. Pellit timorem Christus. Christus se manifestat : *Confidite , ego sum ; nolite timere*. Non distulit consolari discipulos , se manifestando. Proprium est Dei , vano timore discusso , ad solidam fiduciam erigere , facereque intelligere quòd ipse est. Sicut enim quivis hominum solet voce suâ agnosci , quia unusquisque habet aliquid proprium ; ita agnoscunt Dei vocem illius familiares. Et sicut eadem vox , diverso modo prolata , varios affectus indicat , et effectus gignit , in audiente ; ita hæc Christi : *Ego sum* , apostolos demulcet , comprehensores prosternit. O agnoscam ex voce loquentem mihi Deum , et loquatur ille mihi in bonum !

Ego sum , terret et mulcet. Joan. 18. 6.

PUNCTUM V.

Actus caritatis. Matt. 24. 28. Agnitio Christi. Desiderium serviendi et manendi. Luc. 5. 8. Petri fervor. *Domine , si tu es , jube me venire ad te*. Quinque insinuat proprietates ferventes caritatis. 1. Est illustratio mentis : quandoquidem *tu es*. Videlicet , agnoverat verè vocem : *Ego sum*. 2. Cupit sibi aliquid injungi ab eo : *Jube* , 3. Non sustinet à Deo abesse diutiùs : *Jube me venire ad te*. Aliquando , visâ capturâ piscium , dixit : *Domine , exi à me , quia homo peccator sum* : nunc contrà , advolare ad Christum vult. Illud humilitatis fuit , hoc amoris ; illa hunc facit tutiorem , et hic vicissim illam per-

ficit. 4. Offert se ad majora viribus , de virtute dilecti confidens : super aquas ambulare confidit ut magister , quia *aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem*. 5. Caritas est cauta et ordinata : non præsumit injussa. O Deus ! *ordina in me caritatem !*

Oblatio sui. Cant. 8. 7. Prudens caritas. Ibid. 2. 4.

PUNCTUM VI.

Annuit Christus , dicens : *Veni*. 1. Ideò annuit , quia vidit caritate impelli , et non sibi fidere , et resignatum esse. Contrà , reprehensus est in ultimâ cœnâ , quandò se ad mortem offerebat ; quia suberat præsumptio , et quidam contemptus aliorum : *Etiamsi omnes scandalizati fuerint*. 2. Annuit , ut probaret verum , quod eis dixerat : *Confidite , ego sum , nolite timere*. Siquidem virtute illius verbi , *veni* , ambulare faceret super aquas : quin et super basiliscum et draconem , et super mundi fluctus persecutionum. O ! dic animæ meæ : *Veni* , et erunt omnia pervia ! 3. Ubi Christus annuit , continuò Petrus se in mare dedit. Ad illius verbum non est hærendum , quia *omnia possum in eo qui me confortat*.

Matt. 14. 29. Matt. 26. 33.

Phil. 4. 13.

PUNCTUM VII.

Petrus periclitatur. 1. Timuit ad ventum validum , permittente Deo , ne extolleretur ; et ut argueretur imperfecta fides , quæ à Christi intuitu deflectebat oculos propter ventum : quâ vacillante , etiam gressus incedentis subsidebat. 2. Discitur , quòd qui ,

Petrus timet.

Juvatur.

Deo probante, adit pericula, Deus ei adest periclitanti, ut jam Petro: nam extendens manum, apprehendit eum. At si temerè, et vanitatis causâ, deseritur. 3. Ingresso naviculam Christo, cessavit ventus, et statim navis applicuit ad terram. Disjicit subito tentationes præsentia Christi, et terræ viventium facit feliciter appellere. 4. Quòd Deus initia rerum magnarum reddit facilia, tum difficultates oriri sinit, ad proventum ex tentatione: tandem consolatur, dum cernitur quàm multùm per ejus gratiam possumus!

MEDITATIO XX.

Petrus Divinitatem Christi confitetur.

Matt. 16. Marc. 8.

PUNCTUM I.

INTERROGATIO Christi: *Quem dicunt homines esse*

Filiùm hominis? 1. Lucas ait, quòd, cum solus esset, *interrogavit illos*: ut intelligatur, Christi oratione impetratum esse lumen Petro; et similiter nobis obtinendum esse per orationem: *Si quis indiget sapientiâ, postulet à Deo.* Intelligitur etiam interrogationem factam à divino Spiritu, ob utilitatem nostram. 2. Interrogando, captavit Christus occasionem manifestandi seipsum magis discipulis; quippe quod fundamentum esset salutis et, ipse dixit: *Hæc est vita*

Matt. 16.
13.
Luc. 9. 18.
Jacob. 1. 5.
Joan. 17.
3.

Petrus Divin. Christi confitet. 321

æterna: ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Deindè discatur non esse absere, opiniones hominum de nobis aliquando cognoscere; ut defectus corrigamus, bona autem existimata acquirere, aut acquisita perficere, studeamus, non ad vanitatem indè captandam. 3. Christus *Filiùm hominis* se nominat, vulgari et vili appellatione, ne affectem à dignioribus titulis appellari. Unde mox exaltatur, dum Filius *Dei* pronuntiatur à Patre *æterno*: Hic est Filius meus dilectus.

Matt. 17.
5.

PUNCTUM II.

Opiniones de Christo. 1. Apostoli non referunt quòd Samaritanus, vorax, et potator, et peccatorum amicus diceretur: quia invidiosa sunt tacenda, ne exasperentur animi; et Christus, quid turbæ dicerent, requirebat, ut Lucas habet; non quid scribæ et pharisæi. 2. Quòd homines circa Dei notitiam facilè errent: id quod diabolus procurat, ut captivos teneat in peccatis. Propterea *captivus ductus* *est populus meus, quia non habuit scientiam; et: Si quis ignorat, ignorabitur.* O repleatur terra scientiâ Domini! 3. Qui errant, ferè detrahunt Deo aliquid, dum suo judicio metiuntur infinitum; ut cum *Joan-nem*, aut *Eliam* eum dicunt, qui erat Deus; pejus, qui Samaritanum, aut Dæmonium habentem: isti, sanctitatem; illi, potestatem Christo adimentes. 4. Mali etiam christiani practicè ostendunt se malè de Deo sentire; ut cum ex præsumptione misericordiæ

Tacent
calum-
nias.

Isa. 5. 13.
Cor. 14.
38.

Isa. 11. 9.
Errantes
detra-
hant.

Mali er-
vant.

illius peccant, aut ex metu justitiæ animum despondent. 5. Simile quid etiam evenit spiritualibus hominibus, quando suum spiritum volunt esse omnium; quasi non essent varii spiritus, modique serviendi Deo, ab ipso inspirati; cum scriptum sit: *Sup. 7. 22. Spiritus intelligentiæ sanctus, unicus, multiplex. Et hi igitur quasi Deo aliquid subtrahunt, et limitant ejus sapientiam.*

PUNCTUM III.

Matt. 16. 15. Confessio apostolorum. *Vos autem quem me esse dicitis?* 1. Quærit jam ex iis, tanquam melius institutis: et quærit, ut magis eos confirmet. Quæram ego ex animâ meâ, quid de Christo, ejusque virtutibus, et quàm sublimiter sentiat. 2. Cum omnes interrogarentur, prævenit Petrus respondere; tum ob fervorem et zelum pro magistri honore; tum quia Christus specialiter illum movit, dando extraordinarium lumen illius fervori. Tanti est cum fervore agere: sed humilitate servatâ, ne te præferas.

Petrus primò respondet. 3. Confessio Petri, *tu*, qui ab aliis Elias, vel Baptistâ, vel propheta haberi, *es Christus*; ille Messias, Judæis promissus; ille *desideratus cunctis gentibus*; ille *Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech*; ille propheta, quem audire omnes debent; ille Sanctus sanctorum, ille unctus oleo justitiæ præ participibus suis. Ad hæc: *Tu es Filius Dei vivi.* Non Christus, ut alii etiam vocârunt, sed *Christus Filius Dei vivi*, quippe vitalem habentis ge-

Matt. 16. 16. Filius Dei.

Petrus Divin. Christi confitet. 325 nerandi virtutem, et generandi sibi consubstantiallem Filium. Et ideò es Filius non adoptivus, sed naturalis.

PUNCTUM IV.

Comprobatio confessionis. 1. Ait: *Beatus es*; *Ibid. v. 17.* nam fundamentum beatæ vitæ est, nosse Christum. 2. *Simon*, quod significat obedientem; *Barjona*, quod *Simon.* est filius Columbæ, seu filius Joannis, quod est, gratiæ. Omnia quadrant in rem præsentem, in quâ Petrus se talem exhibuit. 3. *Quia caro et sanguis non revelavit tibi*; non est humani captus. 4. *Sed Pater meus qui est in Cælis*; quo profitetur se verè talem esse, *Filius Dei vivi*; siquidem agnoscit à Patre cœlesti venire hanc confessionem.

PUNCTUM V.

Remuneratio confessionis. Continet plures prærogativas. 1. Est impositio nominis *Petrus*, seu *Petra*, quam significat *Cephas*; et prædixerat Christus ita aliquando vocandum. Nec nomen inane tribuit, sive, absque soliditate veræ petræ, qualis esse debet is qui fundamentum. 2. *Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Procul dubio super hanc, quam nominaverat *Petram*; nominaverat autem sic ipsum Simonem. Constituit igitur illum Ecclesiæ militantis fundamentum et caput visibile, post ipsum Christum. 3. *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*; quippe fundatam à sapiente architecto; non

Non naturaliter. Sed à Deo.

Merve s. Petri. Petrus.

Juan. 1. 42.

Matt. 16. 18. Caput Ecclesiæ.

Perseverantia Ecclesiæ.